

Evangelium Luca: 18.

Dixit Jesus ad quosdam qui
in se confidebant, &c.

EXORDIUM

à zecia.

Deus resistit superbis, humilibus verò
1. Pet: 5. *dat gratiam, inquit Divus Petrus, quod
& ipsum Filius DEI docet in hodierno Evan-
gelio. Nam Phariseum in operibus suis con-
fidentem à DEO rejectum: Publicanum,
vero peccata sua deflentem, receptum fuisse
affirmat. Quapropter divinâ voce admo-
niti, peccata nostra confitentes, cum Psalmi-
stâ dicamus. Tibi soli peccavimus.*

ψ 51.

NARRATIO.

Agit in hodierno Evangelio Chri-
stus, de justificatione hominis co-
ram DEO, & quidem per Parabolam.
Cum enim animadverteret, aliquos con-
fidere in sua opera, refutat falsam illorù
persuasionem, docendi gratiâ, producens
parabolicè Phariseum & Publicanum.
Diligenter itaq; hoc Evangelium per-
pendentes.

I. Con-